Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. St. Peter pap. 40

Benedikt <XIII., Gegenpapst, Papst>

Konstanz, [1426]

Contentio cordis et oculi

urn:nbn:de:bsz:31-17356

Visual Library

Contentio cordis et oculi

Si quis cordis et oculi non sentit in se iurgia
Non novit qui sit stimuli et culpe seminaria
Causa ~~[illegible]~~ exstat periculi cum alternant contraria
Cum pectoris et oculi replicet in se curia.

Cor sic affatur oculum: te peccati principium
Te fomitem te stimulum te mortis dico ~~nuntium~~ nuntium
Tu domus nostre ianitor hosti eius claudis hostium
Fallax es proditor admittis adversarium
Nonne fenestra diceris qua mors intrat ad animam
Nonne quod vides sequeris ut bos ductus ad victimam
Tu eius salute quos ingeris perdes laudes per lacrimam
Aut quem primo tenueris inveniri sinceritatis azima.

Responsio oculi: Cordi dicit oculus iniuste de me quereris
Tibi servus famulus sedulus pareo quantum iusseris
Nonne tu cum prepositus es et membris ceteris
Non ego te decipio motus serviens quo iusseris
Tu dampnatur appetitus corporis curia
Sine tuo assensu vita languescet obsequia
Aut cum fiet clausa tibi servi fenestra prima
Si quid accepi nuncio quod putatur iniuria
Radio quod illud pulchre quod committatur polluens
Nullum malum te ledet preter quem consenseris
De corde mala prodeunt cui iniuste pateris
Virtutes eius interemit cuius culpa commisisti.

Diffinitiva sententia: Dum sic utrumque disputat soluto pacis vinculo
Ratio litem amputat diffinito calculo.
Utrumque reum reputat sed non pari periculo
Precipuam cordi tamen imputat, occasionem oculo.